

tionones de primis, non secundis intelligende sunt. Hoc tamen obiectiones factis probant, vt quia totus mundus in maligno positus est, cautè in omnibus ambulemus, secundum apostoli sententiam ad Ephes. 5. Videte quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Et illud 1. Pet. 5. Sobrii estote, & vigilate in oratione, quoniam aduersarius vester diabolus quasi leo regens circūit querens, quem deuoret. Tantum de illo. Annectè conclusionem prout placet ad propositum.

D O M I N I C A R E-
miniscere. Sermo II. in
ordine. XXVIII.

DOMINE adiuua me, filia mea male à dæmonio vexatur. Mat. 15

Tempus huius vite est tæpus luctuæ cum diabolo.

Tempus illud, quod nunc ecclesia peragit, tempus est spiritualis luctationis, & pænitiæ salutaris, in quo omnes Christi fideles, qui peccati serui fuerunt, resurgere debent, & ad dominum (exemplo huius mulieris de genti litate conuersa, que sua credulitate mater nostra effecta est, omni semota desperatione, & animi trepidatione) quantum totius conuerti. Et ideo sancta mater ecclesia nunc quasi pro omnibus suis filiis pugnant, & orans, præces, & orationes multiplicat, & ingeminat, quatenus suis filiis impetret conuersionem; & in bono iam cepto constantiam fortem. Cæteris enim temporibus quilibet pro se pugnat, & orat. Nunc veluti communi egressu omnibus fidelibus bellum est cū diabolo. Sed videamus, quibus hæc mulier armis contra tam fortem congregitur. Reliquit omnia, quæ erant diaboli, & mundi in maligno positi. Excusationem nullam præterit, sed spe forti subleuata, & fide rectè illustrata, charitate denique iam accepta; dominum adiit quam humiliter di. Domine adiuua me &c. Ecce quibus armis pugnat sola oratione, & remissionis confidentia dimissis iam finibus Tyri, & Sido-

nis, & omnis diabolicæ conuersationis. Nec ab oratione cessauit, donec misericordia cederet, donec verbum misericordiæ plenum audiret. O mulier magna est fides tua, magna pugne constantia, magna orationis instantia, diutius te clamantem non sustineo, misericordiam petis, misericordiam tribuo, omnipotentiam confiteris, magnalia facio, misericordiam vis petitionem supero. Fiat tibi, nedum vt petis verbo, sed sicut vis in animo, inquires. Domine adiuua me &c. Pro gratia Aue.

Primò recitur euangelium. Secundò animatio ad pænitentiam veram, seu exhortatio quædam ad imitationem mulieris subiungatur. & Tertio doctrina quædam, declarans modum imitationis adicietur. Euangelium habetur. Mat. 15. Mar. 7.

Nostis charissimi aduenisse nobis dies pænitiæ ad redimenda peccata, & ad saluandas animas. Nec decet christianum qui & si toto tempore anni indebitam corpori curam egit, saltem his diebus anime (omnibus semotis) salutem non querere. Emendemus ergo (canit ecclesia) in melius, qd igno- rante imò scienter, imò nequiter peccauimus. Ne subito præoccupati die mortis, queramus spacium pænitiæ, & inuenire non possumus. Manet enim peccatores mors secunda, mors reuera pessima, mors tartarea, mors nullo vnquam sine claudenda. Sed iam lachrymis necando crimina, vires euacuemus mortis. Mors nanque illic non reperit, quos hic viuentes amittit. Scribitur in quodâ solempni sermone, cuius principum est, Cur fluctuas anima? Et sequitur. Qui se peccato drimit, iustitiam iungit, & spiritui vitæ obsequens, mandata custodit, peccata repudians, morti seruire contemnit, ultra iam non moritur, mors nō dominabitur illi, nequē tartarus in morte accipiet, sed cælum. Quia si tortè dicis, Grandia sunt peccata mea, & immensa scelera, respondet Chrylost. homil. 19. Et quis est sine peccato? Sed ego, inquis, pessimus super omnem hominem, sufficit tibi ad pla-

Anima-
tio ad pæ-
nitentiã
veram,
cõtra om-
nem dæ-
monia-
peratio-
nem.